

Die Signori von Florenz an NvK.¹⁾ Sie protestieren gegen die Beschlagnahme von Gütern florentinischer Händler durch stadtrömische Behörden. Dies sei aufgrund eines angeblichen Darlehensanspruchs der Erben des römischen Bürgers Cincius gegen den Monte der Stadt Florenz erfolgt. Bereits Calixt III. habe deswegen Zwangsmaßnahmen gegen Florentiner Kaufleute angeordnet. Obwohl man die Rechtmäßigkeit der Forderung bestreite, habe sich Florenz einverstanden erklärt, die Gläubigerforderung zu erfüllen; dies habe sich jedoch wegen der vergangenen Kriegswirren verzögert.

Kopie (gleichzeitig): FLORENZ, StA, Signori, Carteggio, Missive, Registri, Prima Cancellaria 42 f. 121^r-123^r.

Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 160 Ann. 4.

Em.: Del Piazzo, Protocollo del carteggio 35.

Accepimus pridie agasones quosdam, qui merces nostrorum ferebant civium, prope Urbem Romam captos et in ipsa Urbe cum rebus ipsis adductos esse eorum iussu magistratum, qui in Urbe sunt, et merces omnes sub custodia publica retentas esse ad eorum instantiam, qui se filios et heredes Cincii quondam Romani asseverarunt, pretextu cuiusdam montis nostri crediti, quod ad ipsos, ut ferunt, pertinet. Ex quo, quia solutionem debitam non habuerunt, a Calisto pontifice represalie sunt decreta, quarum 5 virtute nunc eiusmodi magistratus merces istas retinuerunt. Quas quidem represalias licet multis de causis non iure concessas esse possemus dicere, tamen ne sub hoc pretextu fidem publicam ledere velle videamur, instituiamus, sicut iam pridem convenerat, eam viam assumere, qua istis aliqua honesta conditione satisfieret; et hec res eo magis dilata est, quo mons noster ob preterita bella multus obrutus impensis in tantum es alienum incidere, ut vix ipsum aliqua ex parte in pristinam formam reducere potuerimus. 10 Unde non solum heredibus istis sed aliis multis ob imminentes undique difficultates solutio nunc usque negata est. Quis enim admirari possit aut conqueri, si nos dignitatem et salutem rei publice privatis aliorum commodis preponendam censuimus. Igitur haud dubie suadeat sibi p. vestra nos brevi modum istis persolvendi tradituros. Sed ne coacti videamur id fecisse ob eiusmodi retentas merces preter nostram dignitatem ac decorem, enixe petimus a p. vestra, ut res illas in sequestrum traditas civibus nostris reddi 15 faciatis nec permittatis modo aliquo, ut pro credito asserto distrahantur. Et quecumque pro illis allegabuntur ad tuenda iura sua ita per magistratus illos, vestra p. admitti faciat, ut intelligant cives nostri preces apud vos nostras non parum momenti habuisse. Licet enim nos velut magistratus publici nil de iure velimus disserere, tamen equum est mercatoribus istis defensiones eis a legibus datas non auferri. xii junii 1459. 20

¹⁾ Gleichlautende Schreiben ergingen an den Papst, Scève da Curte und Galeazzo Cavriani. Zum gleichen Thema schrieb man auch an Niccolò Forteguerri, päpstl. Thesaurar, und Orlando Bonarli, Ebf. von Florenz. Vgl. Del Piazzo, Protocollo del carteggio 35.